PARATITLA STATVTI HERBVRTANI.

Cum applicatione Conſtit. Nouell. in vſum fori controuerſi edita, Praxiq; Iuris Terreſtris accommodata.

Authore

Gregorio Czaradzki IC.

Cum Gratia & Priuil. S. R. M.

POSNANIÆ,

Typis Ioannis Roſſowskj

Anno 1620.

Arma Illustris Domus

MIELZINIORVM.



Mielzinios *rigidis* M*auors insi-*
gniit armis,
M*artia belligeros* Stemmata
namque decent.

Illustri & Magnifico Domino.

D. NICOLAO

á BRVDZEW MIEL-

żynski Castellano Biechouien-si, &c. Domino & Patro-no obseruandiss.

S. & F.

VT ſolis lumen, ita virtutis aſſecla eſt præmium honoris, Illuſt is & Magnifice Domine: Virtus enim tenebras abhorret, illiusq; præclarè geſta in faſtigio luculento collocari geſtiunt, & quaſi innatum præ-

mium, peculiareq; pabulum, honorem quippe, & gloriam exposcunt. Quæ duo si demas ipsi virtuti, quasi corpus subtracto cibo marcescit, desperationeq; præmiorum fatiscit. Sic Catonis Vticen. siccam honos prælibatus, pectori illisit. Et vt vetustiora acciam, Aiacis præcordia, gloriosi tholi repulsa, ferro traiecit. At si ex iusta bilánce colatur virtus, incredibiles sui profert suauitates, & *immensum gloria calcar habet.* Quin & Te Illustrem Heroa, virtutibus amplissimis affatim condecoratum, encomia debita non maneant? Num si Athenæ

Ariſtidi, Honores pátrios, vel Themiſtocli Trophæa promerita denegent, vtrumque Cynthius cum ſua Pimpleiade cohorte, Pindaricis corollis, aut Sophocleo Myrtheto, vel Demoſtenei purpura præconij priuabit? Gratiores ſunt Muſæ, quæ & ipſæ Gratiæ á Poëtis recēſentur. Et Te Ariſtidem Polonum, Themiſtoclemq; Sarmaticum, mea Muſa ſilebit? Qui tot viros Illuſtres, Magnanimos, bellicoſos, Toga & Sago clariſſimos, in tua Illuſtri proſapia Atauos, ipſe illis ſimillimus, laudatiſſime numeras? vt conſulto prætercam Illuſtr. & Mag. D. Lu-

cam á Brudzew, fratrem tuum Germanum, Senatorem vigilantissimum. Qui tot laboribus pro Repub. vltro citroque exantlatis, primùm Aulicus Regius, deinde Succamerarius Terrestris Palatinatus Callissien. nunc Castellanus Gnesnensis Regi, Regnoque gratissimus, prudentia Consilioq; magnanimo apprime eximius, Senatoria amplitudine resplendescit. Tu verò orthodoxæ Catholicæ Religionis columna ardens & fortis, pietatis & synceritatis vetustæ Symbolum, prudentia in rebus gerendis, in Periculis auertendis fortitudine, in iu-

dicando iureq; dicundo iustitia, consilio sano in Rep. promouen. & iuuanda, quãtum præluces? Quid nonne te Polonia in tot Conuentibus & Comitijs, assertorem libertatis Patriæ, Zelantissimumque integritatis illius vindicem, in Senatu Consiliarium admirandum, toties conspexit? Viderunt Te Tribunalia Iudicem, illos Areopagitas, æquitate & Sanctimonia iudicandi superantem, tanquam ex Tripode Apollinis, oracula scitorum & votorum, prudentissimè protulisse. Floret virtutis Tuæ decus, florebitque semper nominis Tui æuiterna-

memoria: gratissima posteritas non suo sæculo tantum virum suppetijsse suspirabit. Quæ ego sæpius in animo reputans, simulq; comitatem Tuam augustissimā mihi sæpius oblatā recogitans, Tuæ Illustr. patrocinium non ingratum huic meæ opellæ desiderans, eam obnixe Tibi nuncupandam censeo, do, dico, sacro, & offero. Tuum erit, pro tua solita propensione in bonos & literatos, xenium ex addictissima affectione oblatum, serena fronte contueri, grataq; animi significatione amplecti. Deus Ter. Opt. Max. Te sibi, Regi, Regno, & No-

bis saluum, sospitem, incolumem, fælicem, & fortunatum diutissimé conseruet, promoueat & extollat. Datæ Posnan. é Musæolo meo, pridie Eidus Ianuarias. Anno Diæ salutis vicesimo post Millesimum sexcentesimum.

Tuæ Illuster. Magnific.

deditiss.

Greg. Czárádzkj.

Lectori salutem candido.

ADfero tibi Paratitla Statuti Herburtani, nempe argumenta, perbreuia, & summas compendiosas tractatuum, ad quemque titulum apposita lemmata: Quæ Doctus Iureconsult. Sarmaticus Herburtus, pro dignitate & iusta mole Codicis fuse tractauit; eadem ego ceu apis in Hyblæo campo vasto breuissimùm delibans in fauũ opellæ succinctioris concinnaui. Huius methodum accensitam prædocuit Imper. ff. de conce. § 9. Sed sufficiat (inquit) per indices tantummodo, & titulo-

rum ſubtilitatem, quæ Paratitla nuncupantur, quædam admonitoria eius facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo. Monſtrauit iter Weſembec. Iuriſc. noſtro ſæculo perclarus, qui Paraticla in Pandectas, & 8. lib. Codic. Iuſtinian. edidit. Ritu quidem impare, parilia attentaui. Commodo tuo ſtudioſius anhelans, nam *curta gaudent breuitate moderni* (ait quidam) ſeriem diſpoſitionis ita habe. Nihil niſi quod foro controuerſo viſum fuit deſeruire, huic libello inſerui. proinde Tituli ordine Alphabetico, ſed dũtaxat practicabiles, Titulis

Her-

Herburti respondent. Constitut. Nouell. legibus antiquis haud incommode adaptaui: enixus vti pro modulo laborem huncce quantulum æqui boniq; facias. Vale.

Priuileg.

Caue sis ne recudas dum abnuat Author

pœna cum Fisco cludit.

Index Titulorum.

A.

B.

Bel-

Debi-

D.

E

F.

G.

Homi-

Ven-

V.

Ius regnat, Iustitia imperat.

Proinde

Xenophon
de Cyri expedit. lib. VII.

Ego vero nullas opes viro, ac præsertim Principi, pulchriores honestoresque censeo, quam Virtutem & Iusticiam.


Quia

Fundamentum perpetuæ commendationis, & famæ Iustitia est, sine qua nihil potest esse laudabile. *Cicer. de Offic.* IIV.

Quare

Pietate & Iustitia, Principes dij fiunt. *August. apud Senec. in Ludo.*

Toga Belli.



Pacis Sagum.

PARATITLA STATVTI HERBVRTANI,

Cum applicatione Constit. Nouell. in vsum fori controuersi edita.

ACCESSORIVM.

AB accessoriis non importantibus amissionem causæ principalis, motio non datur: secus in iis, quæ lucrum, aut amissionem important causæ, moueri potest Index. ad id Constitut. anni 1557. fol. 6. reassumpta Const. 1588. fol. 57.

§ *A decretis in accessorio latis, citati soluant, etiamsi contra illos decernatur. Constit. 1588. fol. 57*

§ *Iudex ratione non admissæ motionis in accessoriis, pro damnis ex officio non citetur, sub pœna duplici 14. marc. nisi ad prosequendam appellationem. Const. ead. ib.*

ACTIONES.

A *Ctiones omnes terrestre iudicium concernentes, coram Rege ventilatæ, actis Terrestribus inscribantur. Const. 1550. fol. 2. Aliæ vero causæ & negocia, ad Cancellariam Regiam, iuxta Statut. 1538.*

§ *Actiones pro finibus regundis*

gundis, & pro exemptione bonorum hæreditariorum, condemnatione, & euasione non tolluntur. Praxis.

Actiones si vno die absolui non possunt, in aliam diem differentur. Herb. fol. 129. Tit. Iud.

In iudiciis actiones iuxta Regestrum vocentur: ordinem earum Notarius ne confundat, sub priuatione officii. absentes remoueantur, non condemnentur tamen, reliqua interea audiantur: quodsi iudice surgente absens iterum ter vocatus non paruerit, condemnetur. Her. fol. 128. Tit. Iudicia.

ACTOR.

ACtor forum rei vndique

sequi debet, proinde si iure Theutonico quis agit, non ibi, sed in iure suo reconueniatur. Casim. wislic. 1368.

§ *Sine actore, vel sub ignoto citationem aliquis extradens, eandemque promouens, trium marc. pœna punitur. Citetur cum scitu Iudicis, iam tamen irrequisito iudicio citationes extraduntur. Casim. mag. fol.* 14.

§ *In causis Criminalibus, in absentia accusantis actoris, seu delatoris, non iudicetur. Praxis induxit ad Bannitiones prosequendas eundem rigorem.*

§ *Actor debet esse paratus, cum semper habeat terminum peremptorium, cui tamen dilatio munimentorum conceditur. Cui non*

satisfaciens causa ruit. Herb. fol. 297. & 67.

§ *Actor si amiserit citationem, extradet similem absque pœna. Sig. Petric. 1523. Quod si actor habuerit citationem, siue propositionem acticatam, valet sibi pro citatione. Citato vero citationem amittenti, actor suam copiam communicare tenetur.*

§ *Testimonia actoris per Ministerialem & Nobiles duos fiant. Consuet. Ter. Crac.*

§ *Actor non continuans causam per annum & sex sept. cadit ab ea, nisi iudiciorum suspensio fieret. tamen ante fatalia citatio extradi debet. Consuet.*

Actor reo negante propior est ad probandum, nisi reus trahat se

ad euadendum, exceptis articulis, pro quibus actori incumbit probatio. Consuet.

§ *Actor disparens etiam in primo termino, condemnari potest a citato in euasione. Casim. wislic. 1368.*

Sine certo actore & causa expressa, nec citatio nec decretum sit. Citationes debent esse literales exceptis Curialibus. idem ibid.

Actor citans pro hæreditate, aut pecunia obligata, terminum peremptorium citato assignat. *vide infra Tit. Exemptio. fol. 166.*

Actor interceptor actionis, (nempe posterius causam instituens) reiicitur, donec primus actor finaliter experiatur. Consu.

Vbi partium iura sunt dubia pro

possessore iudicatur. vide Tit. possesor.

Actore, vel citato, seu quouis comparticipe litis, mortuo, vel mutante statum, intra annum & sex septimanas causa est reuificanda per citationem. Consu.

Actores in fine debent condemnari. vide Tit condemnat.

Actor citatum pro vi aut violentia conuincat. Tit. violentia. Casim. wislic. 1368.

ACTORATVS.

Actoratum quomodo & qui lucratur. vide tit. Succamer.

ACTORVM LIBRI.

Actorum libri sub tribus clauibus asseruentur. Iagel. Crac. 1423.

Positio actorum per Ministerialem publicetur, quæ sub Comitiis potest celebrari. Sig. Crac. 1543.

Actorum vnus sit liber, propter sententias iudicii inscribendas, & similes ferendas. Casim. Niess. 1454.

Actorum Castrensium libri in Prætorio, sub clauibus Palatini, iudicis Terræ, & Capitanei seruentur: a minutis antiquis non plus salarii, quam præsen. & Constit. 1550. *fol.* 4. 1607. *fol.* 32. 1613. *fol.* 16.

ADVITALITAS.

O*Mnes aduitalitates sunt seruandæ. Sig. Petric.* 1538.

Aduitalitates in bonis Regali*bus collatæ Constit.* 1562. *fol.* 2.

& 12. *Vbi de arendis, commutationibus &c. Eædem aduitalitates & consensus rata esse debent, quæ iuri communi non sunt contraria. vide ad id Constit. 1566. fol. 70.*

Aduocatis in exemptione Constit. 1563. fol. 22.

Aduitalitatibus quomodo summæ defalcantur. Constit. 1588. fol. 42.

ÆGER.

N*Otarii nonnisi ad acta, a sanis mente, idque personaliter constitutis, recognitiones suscipient.* Rex *tamen mittit ad ægrotos. Sig. Crac. 1550.*

ALIENATIO.

R*Ex nullas terras* Regni, *vel*

partes earum alienabit, neque minuet. vide ad id tit. Bona Reg.

Alienas res tollens in fundo indislimitato, quis citandus. vide Tit. Kmeto. fol. 260.

ANNI Discretionis.

T*Utores licet tenentur resignare bona puerorum dum habent annos 15. Pueri vero bonis suis vten. ea non alienent ante annum 24. absque consensu amicorum.*

APES.

V*Ir bonæ famæ propior ad euadendum, vbi oculati testes desint. De tributario Dominus iustitiam facere potest, licet non sit suus subditus. VVladis. Crac. & VVars. 1433.*

Si quis arborem cum apibus succiderit, passo damnum marc. iu-

dicio alteram: qui vero sine apibus, tamen ad apes aptatam arborem succiderit, mediam marcam damnificato & iudicio pariter mediam conuictus exoluat. Casim. wislic. 1368. nunc luita 3. marc. iudicio & parti.

APPELLATIO.

A*Ppellare seu iudicem mouere licet id autem honori iudicis non nocet: qui vero non appellat. iam sententia transit in rem iudicatam. Cas. wisl. 1368.*

Appellationem & motionem prosequi vnicuique licet. Sigis. Crac. 1532. Cum quis temere appellat, & reperitur lata iuste illa sententia. vide tit. Sent. duplici 14. mar. Appellatio non datur, in leui accessorio. Const. 1588.

In causa contributionis. Constit. 1565. Obstaculi non sublati. Const. 1562. Captiuati Nobilis. Const. 1588. In causis & articulis Criminalibus ad Tribunal appelletur. Const. 1578.

ARESTATIO.

K*Metones in Ciuitatibus ne arestentur, sub pœna 6. marc. coram Capitaneo exigen. vbi damnorum & rerum receptarum solutio decernetur. Alber Petr. 1496*

Homini possessionato pecuniæ ne arestentur, nisi minorem habeat possessionem, quam illud pro quo citatur, tunc pecuniam, fideiubebit ex aresto, quod parebit iuri & iudicatis.

Terminus facionatus in vna septima-

ptimana præfigatur. Res *arestatas non extradens ad Capitaneum citetur. in quibus causis fiat Const.* 1578. *fol.* 190.

De arestatione Kmetonum fugitiuorum. Tit. Kmeto. Impossessionatorum. *Tit. impossess.*

AVREVS NVMVS.

A*Vreus Vngaricalis* 30. *grossis æstimatus. Alber. Petric.* 1496. *postea* 32. *gr. Alex.* Radom. 1505. *Auctus eorum valor: Constit.* 1598. *fol.* 7. *adauctus. Const.* 1611. *fol.* 15.

BANNITIO.

B*Annitus sua bona defendens, exequutioni brachii* Regalis *se opponendo, Nobilitas cum Capita-*

neo mouebitur, contra talem, bonisque repellatur, & si poterit præueniri captiuetur cum complicibus, & turri mancipetur. Sig. 1523. Sublatio bannitionis publicari debet, & malus processus in termino probandus, sed respectu eius alia ordinatio facta. Const. 1588. fol. 39. & alia Const. 1616. fol. 7.

BELLVM.

Quia leges silent in armis, ideo de bello vti a foro controuerso extorri, supersedendum hic auguror.

BONA REGALIA.

Præfacti Castorum sint Poloni, indigenæ, Nobiles, & possessionati. Sig. Crac. 1540.

Arestatio pecuniæ, in exemptione bonorum esse non potest. Sig. Petric. 1538. Sed pro iniuria vel

damno

damno, iure Terrestri contra ipsum agatur. vide ad hunc passum Const. Sig. Aug. 1562.

Nemo quempiam euocare debet, post Curiam, nisi pro refisci Regii, sub pœna 100. marc. Sig. Aug. 1577. vide & attribue Const. 1588 vbi actio damnorum. item aliam Const. 1598. vbi pœna 500. mar. contra euocantem statuitur.

Aduitalitatem habens, postea perpetuitatem acquirens perdit eam. Const. 1562. fol. 10.

Quæcunque specificata in priuilegio, vel inscriptione, nominatim fuerint, illa eadem tenenda sunt, eandem specificationem, si quæ generalitas sequitur, ad præfatam specificationem duntaxat referenda est, & non ad alia.

Sed

Sed vbi specialis mentio, in priuilegio, vel inscriptione, de teloneo, de curru bellico, de exactione duorum grossorum, de statione, & iure patronatus facta non est: iuri Regio reseruatum esse cognoscitur. Inscriptiones autem, quæ generaliter fiunt, nihil specificando, sed omne dominium in personam transferendo, omnia in se complectuntur: & possessori attribuuntur. Sig. Crac. 1510.

Bonorum Regalium lustratio in quinquennio fiat. Const. 1562. *fol.* 13. & 1567. *fol.* 77.

Priuilegia publica & priuata simplici interpretatione intelligenda.

Bona nullo iure recepta quomodo vendicanda. Const. 1581. *fol.* 714.

714. & 1588. fol. 18.

Tenutarii bonorum Regalium iniuriantes foro Terrestri subsint, alias exequutio in summis eorum super bona Regalia habitis immanet. Casim. fol. 94.

Capitanei pro iniuriis nomine limitum, ex officio Capitaneali coram Rege respondebunt. Reuisores & Commissarii post factos limites non dabuntur. Capitanei ex officio coram Rege respondebunt, quatenus in tuendis bonis Regiis modum excesserint. Quodsi sub prætextu defensionis eorum grauem alicui iniuriam intulerint, eidem damna rependent. Sig. Petric. 1532.

Capitanei bona Regalia defendant, ad declarationem vsque finium. Sig. Crac. 1539.

Bona magnæ Procurationis ne obligentur. VVlad. Iag. 1440. *declarat. Const.* 1562. *fol.* 9.

Terra etiam Sendomiriensis amplius ne obligetur. Imo *amittet pecuniam, qui eam dederit super terras principales, in quibus sunt Capitaneatus. Casim. fol.* 85.

Quæ & quales summæ firmæ. Const. 1562. *fol.* 9.

It*aque bona* R*egalia, si necessitas* R*eip. vrgeat, non alibi quam in Conuentione Generali, cum consensu Ordinum* R*egni sunt inscribenda, idque cum extenuatione, alioquin honoris & summæ amissionis pœnam secus faciens feret. Alex. Petric.*1504.*declarata Constit.* 1562.*fol*10.

B O V E S.

Boues

BOues alieni ne a quouis vi recipiantur. Casim. wisl. 1368. In pignoratione boum quid. vide tit. pignoratio.

BVRGRABII.

BVrgrabii & iudices Castrenses sint possessionati vbi officia habent. Sig. Crac. 1507.

Burgrabius Cracouien. Castellanus esse nequit. Const. 1562.

Burgrabii & iudices a violentiis itinerantes defendant. Burgrabii, seu Tenutarii Castrorum, & homines ipsorum in iudicio Castr. vel Terrestri respondeant.

CALVMNIA.

CVm omnis regula iuris viam præcludat calumniis, Statut. vt cum alicui obiicitur calumniositas, calumniator luet calumniato

se expurganti pœnam 3. marc. & iudicio totidem. Purgatio pro calumnia duntaxat ter sit, quarto calumniatus conuincatur, & eius nares præcidentur, honoreque priuabitur, Iure nobilium aut eodem amplius priuabitur. Casim. Niessou. 1454.

Calumniatrices & falsæ citationes, locum in iudiciis non habent, in eoque iudicio vbi producuntur, cognoscantur, idque parte iniuriata instante, salua appellatione. Sig. Aug. 1550. fol. 4.

Calumniose citans aliquem pro inuasione domus, innocentia inculpati declarata, pœnam talionis subeat. ad id vide Tit. inuasio.

Calumnians quempiam mulier, de vi sibi illata, vide Tit. virgo.

CANCELLARIA.

CAncellarii & procancellarii par authoritas. Qui literas iuri contrarias ne dent. causas Theutonicas audient, Regi referent. Libri Cancellariæ Regiæ, ad probationem super bona Nobilium nihili. Sig. Petric. 1538.

CAPITANEI.

CApitanei, eorumque officiales sint possessionati. Sig. Petric. 1519. *nemo duplex capitaneus iudicialis. Const.* 1562.

Negligentium Capitaneorum obligatorum pœna 100. *marc. qui liberos habent Capitaneatus priuatio officii. Sig. Crac.* 1507. *Capitaneus pro particula fundi non iu-*

dicet. Sigism. Crac. 1539.

Quatuor articulos Capitaneus seu eius Judex iudicet. Pro violentia fœminarum. Deprædatione stratæ publicæ. Pro incendio. Pro violenta inuasione. Jagello. Crac. 1423. alioquin nullitas.

Capitanei iudicent terminos in sex septimanis, vna septimana ante præconisatos. Casim. Niessow. 1454.

Capitanei possessionatos substituant, sub priuatione officii. Alb. Petric. 1496. & Const. 1562. fol. 15.

In consuetis & publicis locis iudicent sub pœna nullitatis. Alber. Petric. 1497. & Constitut. 1562.

Tempus recentis criminis annus

& sex septimanæ. Alex. Radom. 1505.

Capitaneus seu eius officium iureuictos ad solutionem adigat. Sig. Crac. 1507. *Negligentis pœnam vide tit. Processus.*

CAVSA QVIS cadit.

Causa cadit, qui non probat, quod se probaturum recepit. Consu.

CELERITAS.

Inimica iudicio, *est que amplianda, quod iudicantem oportet cuncta rimari.*

CITATIO.

CItationem *quis inordinate scribens, verba Criminalia*

in ea

in ea ponens, de ea proponens, sessione turrica vnius septimanæ puniatur. Sig. decret. inter Strzalkowski & Kolaczkowski.

Ad iudicium Terrestre citare licet pro quantacunque summa. Casimir.

Jn citatione ad Conuentum scripta, terminus sexta die ab inceptione eius præfigatur, sub pœna trium marc. Alber. 1496.

Citationes de minori ad maiorem, & de maiori in minorem Poloniam, ante quatuor septimanas exportentur. Sig. Crac. 1540.

Ne quis citetur, contra suum priuilegium. alias pœnam sexagenæ euocans luet, nisi iurarit se nesciuisse citatum taliter esse priuilegiatum. Casim. 1368.

Curia-

Curiali citatione citatus pro tertio ꝛsque causam perdit, alias citationes 8. scotis redimet. Actoris in euasione condemnati pœna 7. marc. Casim. wislic. 1368.

Ob discordiam citationis cum intercisa, ad quam dirigitur, causa amittitur. Consu.

Si quis in citatione omiserit, titulum, vel nomen actoris, aut rei, vel citatio obsignaretur adulterino sigillo, sex scotis parti, & iudicio totidem emendetur. Sig. 1523.

Citatio facionata in qua causa. Const. 1578. fol. 190.

In citatione immutata litera, vel dictio non viciat processum. Sigis. Petric. 1523.

Qui a duobus citatur pro eadem

P. Gr. Cz.

re, non tenetur vtraque responde-re, donec illi prius de iure suo ex-periantur, nisi vtraque pars acto-rea ad vnam citationem se inscri-bat, & vnum actorem in tali cau-sa se faciat. Consuet.

Qui errat in persona possesso-ris, aliumque pro hærede citat, si per hæredem verum, aut per cita-tum, talis citatio impugnaretur, actor luita pœna trium marc. po-test alium citare. Consuet.

Citationem super citationem pro vna re importans, soluta pœna tri-um marc. Iudicio, & totidem par-ti vnam destruat, ex altera propo-net. Consuet.

Si vero aliquis citetur pro qua-qua iniuria, & nondum ea iudici aliter terminata, facit parti ali-

am iniuriam, in eisdem bonis ratione quorum citatus fuit: potest iterum citare, hoc præcauto in secunda citatione, stando mecum in citatione priori. & hoc facere poterit totiens quotiens noua emerserit iniuria. Consuet.

Citatus non tenetur respondere, nisi viso Ministeriali.

De dominabus & virginibus quæ citant aut citantur. vide Tit. Procurator.

De iis qui pro hæreditate aut debitis citantur. vide Tit. debitor.

CIVIS.

Ciuis Nobilitatus munera Ciuilia exercens, talibus literis in

Judicio se defendere nequit. Aug. Petric. 1550.

Ciues bona Terrestria diuendant, nec ea amplius acquirant. Alb. Petr. 1496. *& Const.* 1611.

Ciues bona Terrestria possidentes militent. Alex. Rad. 1505.

Ciuium in officio existentium vulnera quomodo vindicanda. Const. 1581. *fol.* 214. *&* 1588. *fol.* 69. *&* 1607. *fol.* 22. *&* 1611. *fol.* 10.

Plebeii deinceps bona Terrestria non emant. Sig. Petr. 1538.

Ciues non exequentes Statuta Palatini. vide tit. Palatinus.

Ciuis in Ciuitate residens fumalia non soluet. wladisl. Jagello in Iedlna. fol. 51.

Ciuis Nobilem debiti nomine

quomo-

quomodo conuincet. tit. Mutuum.

Ciues Nobilem quomodo detinere possunt. Const. 1550. fol. 3. & 1588. fol. 70.

Nobiles in Ciuitatibus domos habere possunt, modo onera Ciuilia ne vitent. tit. Nobilis.

Ciuium iurisdictio. Const. 1611. fol. 27.

Nullus Ciuis atque Plebeius sumptuosis vestibus ac safionis calceis vtatur, sub pæna 14. marc. & earum rerum adiudicatione, ad cuiusuis instantiam. forum in iudicio Ciuili Const. 1613. fol. 14.

COMITIA.

Conuentus Generales & particulares, iuxta tempus & loca Statuto descripta, indicantur. Sig.

Aug. Petric. 1550. de loco & tempore eorum vide Const. 1576. fol. 160. & literæ confirmat. fol. 148. & Const. 1589. fol. 31. & 1590. fol. 28. & 1613. fol. 10.

De Constitutionibus Conuentus Const. 1588. fol. 24. & 1613. fol. 7.

COMMISSARII.

Commissarii circa exemptionem vel diuisionem bonorum inter personas etiam remotas, pari tamen iure gaudentes, faciendam, non debent recedere a Statuto communi, nullasque informationes iuri contrarias curent, sub pæna nullitatis iudicii illius, extra literas obligatorias nulla bona adimant. Sigis. Crac. 1543.

Qui citat Commissarios vel Iudicium temere, bis 14. marc. in instanti singulis seorsim, similiter & parti soluet, si citabitur. Sigism. Aug. 1557.

Commissiones dentur petentibus. Iagelo. 1433.

Commissiones non dantur, nisi in limitibus bonorum Regalium, *& diuisione bonorum hæreditariorum inter fratres & proximiores, aut quæ essent de consensu partium: alias datæ nulliter. Alex.* in Radom. 1505.

Commissiones Regiæ *etiam inter remotos par ius succedendi habentes, dentur. vbi fuerit negatio paritatis iuris, ad iudicium Terrestre remittantur partes. Sigism. Crac.* 1532.

Olim solum duo Dignitarii & Succamerarius ad limites dabantur. Sed deinceps sint 5. Commissarii: duo Dignitarii, duo Officiales, & Camerarius illius Terræ. Alb. Petr. 1494.

Commissarii accepto ex vtraque parte a senibus iuramento, ad limitationem procedent. inter Commissarios pluralitas vocum sententiam definiat. ibid.

Si Commissarii desint in proprio districtu, ex viciniore vel remotiore designabuntur. Sig. Petr. 1523. vide de eisdem Const. 1588.

Capitaneus seu Tenutarius bonorum Regalium ad limitationem eorum exeat, Commissarios prouideat, si bona libere obtinet. Alb. Petr. 1496.

Commissionis terminus ad limitanda bona duæ septimanæ. Sig. Petr. 1523.

Commissarios inhonerans, Turrica sessione medii anni puniatur: quam exequatur super eo Capitaneus illius loci, sub pœna in Statuto descripta. Plebeius coram arma vibrans, collo mulctetur. Nobilis iuxta Statutum. Sig. Crac. 1543.

Commissariorum in causa limitum decretum semel prolatum, amplius non innouetur. Const. 1550.

Decreta Commissariorum confirmatione Regia non egent. Her. fol. 271. tit. literæ.

Quidquid Commissarii decreuerint ratum esto. Sig. Pet. 1523.

De Commissariis inique citatis

& aliis iuditiis vide Const. 1557. fol. 6. & 1550. fol. 4. & 1588. fol. 27. & 1598. fol. 12. vbi & de pleno eorum numero & validitate decreti.

COMPLICES.

Complices victo patrocinantes, itidem proscribuntur. Sigismun. 1523.

Complices impossessionati per officium Castren. capti, in turrim coniiciantur, quorum punitio in gratia Regis consistet. ibid.

Complices patrati homicidii. tit. homicidium.

Complices inuasionis domus. tit. inuasio domus.

De complicibus item Constitut. 1588. fol. 35.

Conde-

CONDEMNATIO.

Qui in termino peremptorio condemnatur, causam perdit. Casim. wisl. 1454.

In condemnationem lucri citatio debet inseri seu atticari. Sig. Petric. 1523.

Condemnatio legittima vt sit, pars absens legittime acclametur. Casim. wislic. 1368. vide ad id tit. per lucra.

Actores in fine iudiciorum condemnentur. Consuet.

CONSTITVTIO.

Nullæ nouæ Constitutiones fient, absque Conuentione communi, in singulis terris instituenda. Casim. Niessow. 1454.

Iura communia & Constitutiones non vnum, sed communem populum afficiant. Alex. 1505.

Rex constitutiones contra ius non faciet, absque publico consensu. Alex. 1505. Sig. Pet. 1538.

Diuersæ leges pro diuersitate personarum & temporum statuuntur. Sig. Crac. 1507.

Constitutiones futura respiciant, non præterita. Cas. 1368.

Constitutiones nouæ neminem onerabunt, donec publicentur. Alex. 1505. Sig. Crac. 1507.

Quemlibet decet non solum armis, sed & legibus esse armatum. Casim. 1268.

Constitutiones Regni coram Rege legantur & sigillentur. Const. 1588. fol. 24. subscribantur

& acticentur. Const. 1613. fol. 7.

CONSVETVDO.

Consuetudines Terræ Cracou. sint pro iure. Alex. 1505.

Consuetudines Terrarum omnium inter se conferendæ. vide Tit. Statuta.

CRIMEN LESÆ Maiestatis.

Crimen læsæ Maiestatis, nonnisi in persona Regia committitur. Sig. Crac. 1539.

Criminales causæ sine actore non iudicentur. Tit. actor.

Crinile nuptarum. vide Tit. Dos.

Curialis citatio. vide tit. Citatio.

De-

DEBITOR.

Debitori magnæ summæ, vel si quis extra regnum sit, decem octo hebdomadæ ad soluendum indulgentur. Casim. wisl. 1368.

Si quis pro debito, hæreditate, aut aliquibus rebus non inscriptis, in termino peremptorio se non sistat, condemnatur. Cas. ibid.

Pro re qualibet, & debito inscripto, bona possunt dari. a citatoque offerente intromissio acceptetur. Quod si inscriptione abrenunciarat dandæ intromissioni, eam conferet cum pœna ter trium marc. Consuet. Ter. Cracouien. 1505.

Debita parentum maior natu soluet, tit. Frater.

De de-

De debitore ad præscriptum diem non soluente. Tit. Fideiussor.

De debitis Mercatorum. Tit. Mercator.

DECRETVM.

Similia simili decreto decernantur. Casim. Niess. 1454.

DECIMA.

De suspensione decimarum vide Const. 1581. *fol.* 218. & 1577. *fol.* 185. & 1588. *fol.* 74. & 1607. *fol.* 10.

DELIBERATIO.

Semel in causa Iudex *deliberet. Sig. Crac.* 1543.

Digni-

DIGNITATES.

Dignitates in iuribus suis conseruantur, indigenis Nobilibus conferantur, in prouentibus non diminuantur. expectatiuæ damnantur. Iagel. 1433. *& Sig. Aug. Petr.* 1550. *vide ad id Constit,* 1562. *fol.* 13. *& fol.* 20. *Constit.* 1613. *fol.* 33.

Dignitarii & officiales sint possessionati. Sig. Crac. 1510.

DIVISIO BONORVM.

In *herciscunda familia fratres vel amici, sexus vtriusque, ab inuicem separati, vel diuisi: si in ea diuisione per triennium & trimestre perstiterint in taciturnitate,*

adiu-

ad iudicium non prouocando, nisi subsit legittima causa, præscriptioni obiecta legittime excludentur. Casim. mag. wislic. 1368.

Diuisio per patrem facta, inter liberos ex duabus vxoribus susceptos, rata esto. Iagel. *Crac. & wartæ. fol. 43.*

Diuisio bonorum, etiam per Commissarios, inter par ius habentes fieri potest. tit. Commissarii.

DIVORTIVM.

Ad negocium spirituale pertinere debet negocium diuortii. non item cognitio de dote vel inscriptionibus dotalibus. Iagelo.

DONATIO.

Donatio Regalis, *militibus in*

bello

bello facta, morte donatoris vel donatarii, etiam absque literis confirmatur. Casim. mag. wilslic. 1 3 6 8.

DOS.

Dotes non inscriptæ nullæ sint. Ioan. *Alb. Petr.* 1496.

Ind*otatæ mulieri triginta marcæ, vel annua prouisio trium marcarum, constituantur pro crinili. Consu. Crac.* 1505.

Dotalicia fuga vel crimine mariti non vicientur. Casim. mag. wislic. 1368.

Neque bona dotaliciæ reformationi obnoxia, per lucris super viro obtentis: affici possunt. Sigism. Petric. 1523.

Mu-

Mulieris præmortuæ dos a marito per successores vxoris repetatur. Successores dominæ reformatoriæ possessionem bonorum reformatorum ad exemptionem possideant. Alex. Radom. 1505.

De bonis dotalicii redimendis, cum mulier ad secundas conuolat nuptias, in iudicio Terrestri respondebit, in secundo termino vti peremptorio. Sig. Petr. 1523.

Contingat patrem cum secunda vxore filios non habere, sed filias, & cum prima habuerit filios, extunc patre mortuo puerorum prædictorum, pars aliqua secundæ vxoris filios non continget: sed filii primæ vxoris, superstites sorores suas maritabunt, assignata illis dote competenti, bonis

mater-

maternis duntaxat exceptis: Si ipsæ prædictæ sorores habuerint, quæ pro ipsis debent remanere. Cum vero primæ vxoris portionem suam æqualem, a patre sponte eis ex diuisione perpetua oblatam, obtinuerint: tunc portio secundæ vxoris filiis, aut filiabus eiusdem, cedere debet integraliter. Iag. *Crac. & wartæ* 1423.

Virgo si fratres germanos, vel patrueles habeat, dotetur. tertia sors bonorum sororem concernit, fratri duæ reseruantur communiter. Cas. mag. wisl. 1358. *Const.* 1588. *possessores non fratres pro exdotatione & prouisione conuen. describit. fol.* 37.

Virgo a patre dotata, nil plus petat a fratribus, alioquin ipsi do-

tent

tent vel consanguinei. Cas. mag. wislic. 1368.

Raptor sit infamis, rapta vero si consentiat, dotem perdat. Ioan. Alb. Petric. 1496. *Sigis. Crac.* 1532.

EMPORIVM.

Emporia Ciuitatum iure priuilegiorum sint rata. Sigism. Crac. 1543. *& Sig. Aug. Petr.* 1550.

De emporiis vini vide Constit. 1593. *fol.* 19. *&* 1607. *fol.* 33. *&* 1608. *fol.* 19. *&* 1611. *fol.* 8. *&* 34.

EVASIO.

Actiones pro finibus regundis, & exemptionis bonorum, euasione non sistuntur. Praxis.

EVICTIO.

Peccata cum teneant tantummodo suos authores, nominatio mandantum dominorum, non excusat a delicti pœna, in Criminalibus, ipsique patratores respondere in iudicio tenentur, conuicti debitam luent pœnam. Cas. mag. wislic. 1368.

Euictio seu intercessio in tantum in iudicio conceditur, quatenus is qui euincit, præsentem se sistet, & idemtidem respondet. Casim. ibidem.

Si ex munimentis ab reo productis apparet eum posse habere euictorem, datur ipsi dilatio, idque ad terminos per vnos terminos ad conueniendum eundem. in quo si

defe-

defecerit, ad ipsum recurretur. Consuet.

Iudæus si non sistit euictorem, suspendatur. tit. Iudæus.

EVOCATIO.

Euocans aliquem de proprio districtu punitur, & forum rei sequatur. Ioan. Alb. Petr. fol. 97. Aug. 1550.

Ne quis audeat quempiam extra districtum suum euocare, præter Regiam & officii causam, quæ non habet districtum, contrarium faciens 14. marc. pæna puniatur. Sig. Petric. 1511.

Proprio districtui renuncians ibidem iudicandus. Tit. Renunciatio.

Iudi-

Iudices spirituales iudicia sæcularia non exerceant. Alex. in Radom. 1505.

Sæcularis sæcularem, pro re mere sæculari, in ius spirituale non conueniat. Sigis. Crac. 1510. *idque sub pœna* 28. *marc. per medium parti & iudicio, Castren. in Iudicio repetenda. Sigism. Petr.* 1519.

EXEMPTIO BONORVM.

Pro exemptione bonorum Notarius Terrestris iudicat. Tit. Notarius.

Citans aliquem pro hæreditate, aut pecunia obligata, reo pro termino non comparente, actor lucrabitur nominatim pecuniam, aut hæ-

reditatem, pecunia nihilominus restituta. Cas. wislic. 1368.

Pro exemptione bonorum, in Maiore Polonia, ad officium seu iudicium Castr. citari potest. vide tit. officium Castr.

De exemptione bonorum Regalium. tit. Bona Reg.

EXCEPTIO,

Citatus exaudita propositione actoris, poterit ab iudicio cum amicis ad consilium secedere. Sig. Crac. 1343.

EXPECTATIVÆ.

Expectatiuæ, Iura patronatus, & solida cassantur. Aug. Petr. 1550.

Expulsi quomodo restituantur

in bona. tit. Restitutio *in bona & Const.* 1598. *fol.* 29. & 1611. *fol.* 13.

FACTOR.

Factorum cum rebus venditiciis euntium iuramento stetur. Alex. Petric. 1504. *hoc tamen præuiso, ne dolus & fraus, cuiquam in hac parte patrocinetur. Sigis. Petric.* 1511.

Famulum plebeium nemo suscipiat sine literis. Const. 1578. *fol.* 182. & 1596. *fol.* 11.

Fatalia *quomodo interpretanda vide Const.* 1576. *fol.* 162. & 1588. *fol.* 57. & 1589 *fol.* 302.

FALSATOR.

Qui alieno nomine falsas recognitio-

gnitiones facit, pæna statuti de inuasione domus expressa puniatur. Sig. Crac. 1538.

De falsa citatione. tit. Citatio.

Falsarii monetæ quomodo puniantur. tit. moneta.

Facionatus terminus vbi seruiat. Const. 1578. fol. 190.

F OE N V M.

Fœni demessor probet se emisse. Casim. wislic. 1368.

Fœni currus vi raptus tribus scotis soluatur, luita pæna 3. mar. parti & iudicio totidem. ibid.

Depascentes vel incidentes falce gramina, in tunica impignorentur. ibid.

Fera acta, vel canes ne vi capiantur sub pœna 3. marc. parti &

Judicio totidem. Iagel. Cracou. 1 4 2 3.

Feuda Russiæ Conssit. 1581. *fol.* 217.

FIDEIUSSOR.

Fideiussor conuicto debitore iudicialiter, det eius pignus creditori. Cas. wislic. 1368.

Villanus non pignoretur pro fideiussione domini. idem.

Fideiussor probare debet debitum a principali debitore esse solutum. idem.

Conuincet pro debito 20. *marc. solus.* 40. *marc. met secundus, in maiori quantitate mettertius, propriis iuramentis id firman. sic in euaden.*

Fideiussor bouem vel equum sui

princi-

principalis non obliget. idem.

Fideiussiones verbales nonnisi anno & die durant. nisi ad acta stantibus his fatalis inferantur tunc enim ingrossatæ, robur debitæ firmitatis obtinebunt. Sigis. Crac. 1540.

Qui pro rebus, ludo taxillorum amissis fide iubet, ad solutionem adigi non potest. vide tit. Ludus tax.

Pater pro filio non emancipato, aliquid ludo perdente, ad satisfaciendum non cogendus. eodem tit. Ludus.

FILIVS.

Pater pro scelere filii non tenetur. tit. pater.

Filii, moriente matre, mater-

nalia bona a patre non prius repetant, quam aliam vxorem duxerit. vide tit. Pupilli.

Filio illegittimo matris vagabundæ caput est soluendum. Cas. wislic. 1368.

FILIÆ QVÆ HÆREditant.

Filiæ carentes fratribus germanis, dum in hæreditate remanent: per patruos vel amicos proximores nomine tutorio elocatæ in matrimonium licet aliquibus pactis, vel conditionibus per assignationem pecuniæ dotalis excluderentur, maritique earum tales pecunias a tutoribus reciperent, ex pacto de non recuperatione bonorum ipsas concernentium, astricti qualitercunque; siue per fideiussori-

am, siue alio quocunque modo tale pactum interuenerit, illud irritum fore & inane. Præfatæque filiæ redibunt ad suas portiones hæreditarias, non obstan. pactis quibuscunque, sed sponte præfatæ filiæ, bona sua hæreditaria (si ipsis placet) omnimode disponent. Iagello *Crac. & wartæ* 1423.

Fi*liæ impossessionatorum Kmetonum, cum possessionatis maritis maneant. tit. Kmeto.*

Reli*qua de filiabus vide Tit. Virgo.*

FISCVS.

Nullius Nobilis bona confiscentur, nisi iure uicti. tit. Nobilis.

Nemo euocet aliquem post Curiam nisi pro re fisci. tit. bona reg.

In exemptione bonorum fisci quid. tit. Bona Reg.

Fisci successio Const. 1876. *fol.* 162. & *Const.* 1588. *fol.* 25. *quomodo disponen. Const.* 1562. *fol.* 14.

FORA TARGI.

In *foro prohibitiones ne sint. Casim. Niess.* 1454.

Foralia a Nobilibus & eorum Subditis non exigantur. Sigism. Petric. 1523.

FLVMEN.

Ad vsum Fluuiorum, Nobilium bona & Regalia disterminantium, admittantur Nobiles. Sig. Crac. 1507.

Naui-

Nauigatio in publicis Fluuiis non impediatur. Casim. 1447. *ex eis obstacula tollantur. Albert. Petr.* 1496. *& const.* 1568. *fol.* 13.

Fluuii Wisła/Warta/ *& alii debent esse liberi & nauigabiles, purgenturque sub pœna* 60. *marc. Sig. Petr.* 1511. *De Fluuio* Wartá *vide Const.* 1557. *fol.* 7. *&* 1563. *fol.* 22. *&* 1589. *fol.* 28. *&* 1598. *fol.* 13. *&* 1611. *fol.* 32. *&* 1613. *fol.* 8.

Flumina ab obstaculis sint libera sub pœna centum marc. in officio Castren. per quemlibet peremptorie exigenda. Sig. Aug. Petric. 1557.

FRATRES.

Frater maior natu fratrum minorennium bona ne alienet, debita vero per parentes contracta ex communi soluat. Iagel. *Petric. 1447. fol. 89.*

Fratres diuisi nominatim, indiuisi vero generaliter citari debent. Cas. wisl. 1368. fol. 19.

Si frater senior cusa cadit, iuniori non datur eam potestas renouandi. Cas. 1368. fol. 20.

Parricidæ, fratricidæ, sororicidæ, non succedunt in bona occisorum & infames iudicantur. Qui vero vulnera intulerint parentibus, plectantur capite. & Constit. 78. fol. 193.

FRATERNITATES.

Fraternitates sublatæ sunt, præ

ter ordinem & obsequia Ecclesiarum. Sig. Aug. 1550. fol. 4. Sig. Crac. 1532. & Pet. 1538.

FVRES.

In Regia Curia minutas quascunque res subtrahens, auris priuationi sit subiectus. Cas. fol. 29.

Nocturni damni datores, viarum obsessores, fures publice proclamati, vel ter registrati, incendiarii, in templis & canobiis etiam capi possunt. Sig. 1543.

Fur, latro, incendiarius, homicida, raptor virginum, villarum depopulator, & prædo vbique detineatur. Iag. 1433.

Fur licet fugiat reus manet. Cas. vis. 1368.

Furti vir bonæ famæ notatus

pro-

proprii iuramenti præstatione se expurget. Casim. wisl. 1368.

Fures seruans, & cum eis acquisita partiens infamis. idem.

Furti vel spolii quis ter conuictus, etiamsi rem furtiuam restituerit, sit infamis. Sed non infamis in vno teste deficiens. Casim. wislic. 1368.

Nullus terrigena possessionatus pro aliquo excessu, nisi iure uictus est captiuandus, excepto eo qui in furto vel maleficio deprehenderetur. Iagel. 1433.

Furti accusatus, si non comparet eius bona per Capitaneum confiscentur. Casim. Iagel.

De furto vel spolio quis inculpatus, suam innocentiam deducet, acsi Nobilitatem suam probaturus

rus esset. Casimir. Iagello.

FVRTVM.

Pro furto in vna Patochia intra annum agatur. Casim. 1368. wislic. si in remotiore parochia, intra triennium. ibidem.

GOLOTA.

Dominus pro seruo golota satisfaciat. Casim. 1368. de Golotis vide tit. impossessionatus.

GLADIVS.

In Conuentu gladium distringens pæna 100. marc. puniatur. at aliquem vulneraus vel occidens pœna capitis. Sig. Bidg. 1520.

GVERRA.

Guer-

Guerras mouens, soluere damna, & in defectu solutionis in corpore mulctetur. Iag. 1447. *ad id Const.* 1609. *fol.* 6. *& ibi declaratio exequutionis.*

HOMICIDIVM.

Vnus pro homicidio accusetur, complices euadent. Casim. wisl. 1368.

Pro milite olim occiso 30. *marcæ, pro mutilatione* 15. *marcæ, sed iam Const.* 1588. *ampliauit has pænas ita vt pro capite Nobilis manualiter occisi* 240. *marcæ solui cum sessione turris vno anno & sex septimanis sanxerit. ex pixide occisi capitis duplex pæna pec. & turris.*

Casua-

Casuale homicidium qualiter censeatur eadem Const.

Occidens in defensa necessaria 60. marcis & iuramento metseptimus euadet. Alb. Petr. 1496.

Cætera de homicidiis vide abunde Const. 1588.

Kmeto occidens Kmetonem pæna Capitis plectatur. Const. 1581. fol. 213. ibidem de homicidio plebei a Nobile. & 1588. fol. 72.

Si pro capite Nobilis ementiti (dum proclamatio eius capitis sit Nobilis) quis iure experiretur, luet 120. marc. atque session. turris anno & sex septiman. idem de vulneribus intelligendum.

Præscriptio agendi pro capite triennalis. Casimir. wislic. 1368.

Actio pro sessione turris non cadit sub præscriptionem. Const. 1588.

Hospitia qualiter tradenda Const. 1565. fol. 45. & 1598. fol. 30. 1.

De illegittima prole Constitut. 1578. fol. 189.

IMPOSSESSIONATVS.

Impossessionati *coram Capitaneo respondeant. apud possessionatos præuenti arestentur, & statuantur, alioquin possessioatus respondebit pro re pro qua impossessionatus est inculpatus. Consuet. & Const. 1588. fol. 37.*

Contra impossesiionatum ponatur citatio in Parohia. Consu.

Impossessionati *iureuicti nisi*

illico satisfecerint & recesserint capiantur. Casim. wislic. 1368. & Sig. Pet. 1523. & Const. 1588.

De incompatibilibus vide Constit. 1562. fol. 13.

INFAMES QVI SVNT.

De Regno profugi latrocinantes. tit. profugus.

Hæreticis patrocinantes, tit. Hæretic. Latronum & furum receptatores. tit. fur. Qui præter compurgatores ad iudicium veniunt. tit. fur. Parricidæ, fures fugitiui, quarta vice de calumnia accusati. Inuasores, raptores, serui maleficos iussu domini non insequentes. Seruus in bello profugiens. Impossessionatus homicida

citatus non comparens.

INHIBITIO.

Inhibitiones ad iudicia non dentur. *Petr.* 1496. *alias sint nullæ. Casim. Niess.* 1454. *& Sig. Aug. Petr.* 1550. *fol.* 3.

INSCRIPTIO.

Ætas, discretio, & valetudo consideranda in faciente inscriptionem. Sig. Petr. 1523.

Inscriptiones *Castren.* (*vbi acta non sunt perpetua*) *nisi ad acta Terrestria transferantur. Alb.* 1496.

Aliter tamen in maiori Polonia seruatur. iuxta Stát. 1510. *fol.* 208. *vbi Castra perpetua, & eorum inscriptiones.*

Inscri-

Inscriptio quod non in fraudem sit facta, si sit perpetua, iuramento proprio cum sex testibus, si ad tempus cum duobus corroboretur. Sig. Crac. 1507.

Si quis alterius nomine inscriptionem falso faciat. pœna capitis punietur. Sig. 1538.

Procurator inscriptiones ne faciat. Sig. Petr. 1511.

Inscriptiones*, citationes, controuersiæ, decreta lingua Polonica scribi possunt Sig. crac.* 1543.

Contra *inscriptiones factas, locus excipiendi non relinquitur. Sigism.* Crac. 1 5 4 3. *datur tamen dilatio ad quietationem semel ad futuros terminos. quam nisi probarit, succumbet in causa.*

Dilatio super Inscriptionem

Offi-

Officium nullum accedat ad inscriptiones suscipiendas, excepto Rege. Sig. Aug. 1550.

INTERREGNVM.

Sub interregno nihil rapiatur de thesauro, Sigism. Crac. 1507. Quomodo disponen. 1569. fol. 106.

Interregni acta approbantur. Const. 1567. fol. 165.

INTROMISSIO.

Ab intromissione Capitanei & eorum Burgrabii nihil accipiant. Alb. 1496.

Intromissio per ministerialem danda, ab eademque omnis praescriptio Terrestris accipit initium & robur. Consuet.

Qui de-

Qui debuit soluere non dando intromissionem, si actori dare vellet intromissionem id faciet cum triplici pœna 3. marc. Consn.

INVASIO DOMVS.

Inuadens domum alterius, ibidemque occidens aut enormiter vulnerans, conuictus vita priuabitur, scrutinio præmisso. similiter punientur complices. Si vero quis calumniose aliquem eo nomine inculparet, reserata calumnia, calumnians infamis esto, in facieque cautherisabitur. *Alb. Petric.* 1496.

Inuasor domus e Regno profugus sit infamis.

Si dominus pro seruo inuasore domus citaretur euadet quod non

suo scitu consensu & mandato crimen sit commissum & ocasionem ei aufugiendi non dedit. Alber. Petric. 1496.

IVDEX.

Nullus Judex potest effici Capitaneus illius Terræ, cuius est Iudex. Iagel. 1422.

Iudex & *Notarius Castren. & vicecapitaneus ex iudice vel Notario Terrestri ne sint, & sint possessionati. August. Petric.* 1550.

Officiales Iudicii in Conuentu *partic. eligantur Alex.* 1505. & Const. 1550. & 1588. *fol.* 28.

Iudice *inique moto & pro grauamine citato luet pænam* Const. 1557. *fol.* 6.

Iudex in sua causa alium substituat Aug. 1557.

Iudex in causa semel deliberet. Tit. deliber.

IVDICIA.

Iudicia Tribunalicia descripta sunt Const. 1578 fol. 184.

Qui securitatem iudiciorum violaret. pœna Capitis Consitut. 1607. fol. 24. & 1611. fol. 7.

Iudicium pro quantacunque summa iudicet. Sig 1523.

Iudicatæ rei exequutio vide tit. Processus.

IVDÆI.

Iudæi non habeant mercandi facultatem, solum ad victum quærendum, pacta cum Ciuitatibus,

inita

vnita teneant. Sig, 1538. & Const. 1562. fol. 16. & 1565. fol. 53. & 1567. fol. 73. & 1588. fol. 72.

Iudæi pecuniam super literas ne dent, sub vicio nullitatis. Iag. l. 1423.

Iudæus si non sistit euictorem suspendatur. Sig. Petric. 1538.

Iudæi neque teloniis neque vllis officiis præsint: Sig. Crac. 1538. & Const. 1562. fol. 16. & 1565. fol. 53. & 1567. fol. 73.

IVS.

Iure Theutonico qui abusus sit, iam amplius eo vti non potest. Casim. wisl. 1368.

In Regno Poloniæ vnum sit omnibus ius. ibidem.

IVSPATRONATVS.

Iuspatronatus nisi expresse inscribitur, iuri Regio reseruatur. Sig. Crac. 1610.

Iurapatronatus a spiritualibus obtenta cassantur. Aug. Petric. 1550. fol. 3.

KMETO.

Kmetones fugitiui restituantur præter inquilinos. Sigism. Crac. 1505.

Kmeto libertatem in sylua accipiens, non potest de agro suo, donec illum extirpauerit, se mouere. Iagel. 1423.

Kmeto a domino suo profugus, infra annum repetatur. Casim. wislic. 1368.

Kmeto profugus restituatur, & non redimatur decem marcis. Sig. Crac. 1543. Eius taxa qualis Const. 1588. fol. 72.

Kmeto ad possessionatam vel viduam descendens ibidem maneat. Sig. 1511.

Pro Kmetone fugitiuo in Iudicio Terrestri agatur peremptorie. Alb. Petric. 1496.

Spirituales, pro Kmetonibus fugitiuis, limitibus, cæde, & vulneribus ex bonis suis in Iudicio Terrestri respondeant. Alex. 1506. vide idem tit. Spiritual.

Kmetones pro retibus sibi per Nobilem in fundo seu aqua receptis non agent sed domini eorum, idem nota de syluis, Gaiis, Borris, melificiis, limitibus. Consu.

Kmetonum steriliter decedentium bona cedant consanguineis non dominis. Cas. wisl. fol. 21.

Kmeto pro debito domini sui non pignoretur. idem.

Kmeto Nobili ignobilitatem obiicere non potest nisi in certo casu. tit. Nobilis.

LEX.

Lex donum Dei est, ac Reip. anima. Sig. Crac. 1507.

Lex propter impares inuenta. Casim. Crac. 1368.

Vt honeste homines viuant, pænæ legibus adduntur. idem.

Leges conduntur in suffragium bonorum morum, & euentuum definitionem. Alb. Petric. 1496.

Legibus Resp. ad Dei honorem,

& diuturnitatem regatur. Alex. 1505.

Propter vitia comprimenda, mores corrigendos, & iustitiam seruandam, leges sunt necessariæ. Sig. Crac. 1507.

Leges viam calumniis præcludunt. Casim. 1454.

Eorum casus quæ frequenter, non quæ raro accidunt, legibus definiuntur. Casim. 1368.

Leges pro ratione temporum variantur. Casim. 1368.

I*dem* R*ex leges alias moderat, alias innouat. Sig. 1507.*

Diuersitas legum periculosa est Sig. 1520.

Q*uemlibet non solum armis sed etiam legibus decet armari. Cas. 1368.*

Reliqua de legibus vide tit. Stat.

LIBERTATES.

Fundi Nobilium sint penitus liberi, nisi duo grossi quotannis soluantur in recognitionem dominii. Ludouic. 1374. *vbi & confirmatio libertatum omnium.* Iagello *item eadem confirmat.* 1433. *vide tit.* Fumalia.

Dicta Stephani Regis.

Vestra o Poloni, non ordine quo caretis, non imperio quod contemnitis, sed fato quodam Resp. *regitur: quo per nimiam licentiam offenso, cito peribitis. Vereor ne vestra aurea libertas, legibus & iustitia antea exornata, in ferream seruitutem, licentia & iniusticia defœdata, subito conuertatur. Ho-*

minum ego, non conscientiarum Rex sum.

LIMITES.

Rex neque negabit, neque differet dislimitationem bonorum. Iagel. fol. 48.

Limites bonorum conspectis signis metalibus, veritateque peruestigata tam ex senum testimoniis, quam aliis possibilibus indiciis constituantur. Sigis. Petric. 1538.

Dum limites facti erunt, Capitanei iniuriam ne faciant. Aug. 1550. *quod si faciant quomodo conueniendi.* tit. Bona Regal.

Ad limites faciendos, Rex Commissarios det. Casim. fol. 93. *Limites Capitaneus disiiciens qua*

pœna

pœna punitur. Const. 1562. fol. 15. & 1567. fol. 75. & 1578 fol. 192.

Reliqua *de limitibus inter bona* Reg. *vide tit.* Commis. *&* Bona Reg. *& tit. Succamer.*

LISPENDENS.

Lite pendente transigentes, a pœnis quibusuis absoluuntur. Iagel. *fol. 52.*

LITERÆ.

Si falsitas literis obiicitur. vide sup. tit. inscriptio.

Literœ nisi ex actis aliis, in acta Terrestria non inscribantur. Sig. Petric. 1539.

Literas Castren. Capitanei vel eorum Iudices *subscribant. Sig.*

1532. non sigillata nihil probat. Tit. minuta.

Qui literas super bona Regalia amiserit, neque infra annum eo nomine protestatus fuerit, non obtinebit renouationem. id vero probabit coram Rege. Alex. Petric. 1504. ad hoc refer Const. 1562. fol. 10.

Nobilitas ad reponendas literas super bona hæreditaria, non cogitur, nisi illa bona omnia esse Regalia appareant. Sig. Crac. 1532. alioquin res perplexa & antiqua ad Conuentum remittatur. Sig. Petric. 1538.

Literæ iuri contrariæ sunt Inhibitiones, Commissiones inter personas, & libertationes ab expeditione bellica. Alex. Petric. 1519.

Salui-

Saluiconductus. Const. 1550. fol. 3. & 1588. fol. 25.

Non secundum literas, & signa in eis descripta, sed iuxta testimonia senum, limites faciendi. Sig. Petric. 1519. Literarum autem earum in limitibus non procedit probatio, cum sint antiquæ, vel datæ re oculis non subiecta, vel ad abusum redactæ, aut incertæ. Secus de literis Commissar. Succamer. vel Iudic. Terr. nam his fides indubia habenda. Sigism. Crac. 1532.

Priuilegia publica & priuata, non debent in alium, quam sonant sensum verti. Sig. Crac. 1538.

Literæ Commissar. super limitatione datæ, confirmatione non egent. Sig. Petric. 1538.

Literæ vectigalium reuideantur, & iniquæ abrogantur. Sigis. Crac. 1539.

Literæ ex actis non probant, nisi originales producantur. Sig. Petric. 1538.

Literæ quomodo interpretandæ. tit. Bona Reg.

Literis Cancell. super propriet. nihil probari potest. tit. Cancellaria.

Literæ moratoriæ cui dandæ. Const. 1588. fol. 25.

LVDVS TAXILLOrum.

Debitum ex ludo contractum solutioni non est obnoxium. Caswisl. 1368.

MATERNALIA Bona.

Liberi orbati matre, bona materna a patre non repetent, donec ad secundas conuolet nuptias, vel tunc si pater velut famæ suæ prodigus, bona illa communia indebite dissiparet. Cas. *fol.* 26.

Pater habens filios orbatos matre, hæreditate vtatur ad vitam, assignata tantum eis portione, quam post matrem ipsorum dotaliter recepit. Iagel. *fol.* 43.

Ex duabus vxoribus eodem patre procreentur liberi, contigeritque cum secunda vxore filios non habere, sed filias, ex tunc patre eorum mortuo, pars aliqua secundæ vxoris non continget filios. Iagel. *fol.* 43. *& supra tit. Dos.*

MENSVRA.

Men-

Mensuræ & precia constituta, vt a mercatoribus seruentur, Palatini cum Capitan. prouidebunt. Sig. Petr. 1511. & Const. 1565. fol. 50. & 1578. fol. 192. & 1588. fol. 71. & 1611. fol. 37. & 1613. fol. 18.

MERCATORES.

Mercatores debita in Regestris annotata, a Nobilibus ante triennium petant. Sig. Crac. 1540.

Mercatorum securitas in viis Const. 1589. fol. 125.

De mercatoribus externis, Cons. 1562. fol. 16. & 1565. fol. 52.

MINISTERIALIS.

Testimonia ministerialium actis Castren. inscribantur. Consu.

& Con-

& Constit. 1 5 7 6. *fol.* 162.

Ministerialis adsit Iudicio. *Casim. wislic.* 1368.

Per Ministerialem Judex citet. idem.

Ministerialis citationem ponet indifferenter, vel apud Nobilem citandum in Curia, vel apud wladarium, vel Kmetonem, aut hortulanum, publicando nihilominus id in Curia, quæ si desit, ita notificet villanis, vt ad noticiam citati deueniat. Consu.

Relatio *Ministerialis ex quibusuis actis valet. Sigism. Crac.* 1543. *& Const.* 1576. *fol* 167.

Ministerialis formam iuramenti decreti mutans, conuictus perpetuo deponatur. Cas *fol.* 37.

Eius securitas Const. 1576

fol.

fol. 170. & fol. 190. & 1578. & 1589 fol. 15. Pæna excedentium officium Const. 1576. fol. 162.

MINORENNES.

Si cohæredes in causa limitum citati essent, ex tunc non obstante aliquorum minorennitate proceditur per Iudicium, reseruata ipsis actione pro interesse illorum cum actore ad annos. Sig. Petr. 1523.

Minorennes cum annos discretionis attingent, pro iniuriis acceptis agant, præscriptione non obstan. Cas. wisl. 1368. Horum anni discret. describuntur. Tit. anni.

Minorennes respondere tenentur. 1. In causa exemptionis bonorum. 2. Pro fideiussoria patris illorum, si viuente illo sit lis contestata. 3.

Si pater viuens citatus fuisset pro aliqua hæreditate. 4. *In causa euictionis.* 5. *In causa complicitatis & potioritatis iuris bona possiden. Const.* 1588. *fol.* 36. & *pro homicidio, supra tit. Homicid.*

Minorennes *in* Iudicio *ne respondeant, sed cum matre, Tutori dato a patre subsint. & Tutoria inscripta præfertur naturali.* Iagel. *fol.* 43.

Ætas minorennium restringitur masculorum ad 15. *annos: famellarum ad* 12. *vide tit. Anni. qui nec respondent, nec præscribunt ante legittimam ætatem.*

Minorennes *ante* 24. *annum non alienabunt sua bona sine consensu amicorum. Consu.* 1505.

Modii *vide tit. mensura.*

MO-

MOLENDINVM.

Molendinatores aduocati &c. sua molend: sine consensu domini ne alienent. Sig. Crac. 1511.

Molendinator multorum fratrum seu dominorum, communiter omnibus se iustificet. Cas. fol. 21.

In molendinum & tabernam intromissio ne detur, nisi aliæ desint possessiones. Consu.

MONIALES.

Moniales in bona paterna & materna succedunt, ea tamen alienare non possunt; sed ex illis censuum medietate, a consanguineis, quoad viuant, potiantur. Sigis. Crac. 1527.

Intra viginti annos præscribunt. Sig. Petr. 1519.

MONETA.

Moneta Regni Poloniæ vna sit. Casim. wislic. 1368. *de ea Constit.* 1550. *&* 1567. *&* 1588. *fol.* 43. *&* 1598. *fol.* 7. *&* 1601. *fol* 27. *&* 1907. *fol.* 14 *&* 1611. *fol.* 12.

MOTIO IVDICIS.

Motio intermissa in vsum pristinum restituitur. Sig. 1538. *terminusque præfigatur eius prosequendæ. idem.*

In his casibus motio non admittitur. 1. *Pro teloneis & foralibus inique extortis.* 2. *Pro ministratione iustitiæ.* 3. *Pro*

redimendis bonis obligatis, nisi hæreditas esse prætendatur. Et si quis sponte motioni in inscriptione renunciauit. Generaliter vero a Sententiis interlocutoriis decretis, & aliis accessoriis, per quæ partes se grauari prætenderint a iudicibus Regni, *ante Sententiam deffinitiuam appellari non potest. nisi a decreto fundationis iurisdicionis, vbi iudex aliquem ratione districtus, personæ, priuilegii, vel causæ suæ iurisdicioni non subiectum iudicare vellet. de his vide tit. appellatio.*

MVNIMENTA.

Actoribus dentur dilationes ad munimenta. Sig. Petr. 1523. de dilation. Const. 1588.

Qui se

Qui se recipit admunimenta & ea non probat, causa cadit. Consu.

MVTVVM.

Reus negans debitum non inscriptum, per iuramentum ab impeticione agentis absoluetur. Cas. wisl. 1368.

NOBILIS.

Nobilitatem probare volens sex testes producat, duos de sua genealogia, & quatuor ab auis; & matre. Cas. wisl. 1368.

Nobilis est, qui ex parente Nobili natus, iuxta morem patriæ inter Nobiles viuit, etiam si ex matre plebeia nascatur. Alex. fol. 117. & decret. Stephan. inter Wronowski & Piekarski.

Si Nobilis Nobili improperauerit & statim non reuocat, aut negat quod dixit, neque probat eum esse talem vt asserebat, pro vituperio illius soluet pœnam 60. marc. veluti ipsum occidisset & reuocando debet dicere: id quod sum locutus mentitus sum sicut canis. Casim. wislic. 1368.

Qui vituperat Nobilem, & postea negat, iurabit se non dixisse. Iagel. Crac. 1423.

Kmeto Nobilem vituperio suo nequit nocere, nisi forte audierit, per alium Nobilem ipsum increpatum esse: idem.

Nobilis nisi iure uictus non captiuetur. VVladisl. fol. 48.

Nobilis ob excessum in Ciuitate captus quomodo iudicandus. Con-

stit.

stit. 1550. *fol.* 5. & 1558. *fol.* 70.

Nobilis nonnisi in causa fisci post curiam citan. Const. 1557. *fol.* 6. & 1562. *fol.* 14.

Nobilis prius iure uicti bona confiscanda, vel intromissione alterius in oneranda wladisl. fol. 48.

Nobiles possunt habere domos in Ciuitatibus, modo ne iurisditionem ciuilem deuitent, & onera ciuilia subeant. August. Petr. 1550. *fol.* 4.

Nullus Nobilis captiuetur qui bonæ esset famæ, nisi prius iure esset victus. Ille vero censetur esse non bonæ famæ, qui est ter regesris maleficorum notatus talis absque iuris processu capi potest. Alex. 1505.

De vi-

De violentia a Nobilibus tit. violentia.

Nobilitate qui abutitur quomodo punien. Const. 1609. fol 20

Nobilium fundi liberi cum thesauris inuentis. Con. 1576. fol. 78

De Nobili creato & sibi titulum vsurpan. Const. 1578. fol. 189. & 1589. fol. 18. & 1613. fol. 8. & 1601. fol. 16.

De vulneribus Nobil. tis. vulnus. & Const. 1588.

NOTARII.

Notarii Terrarum circa positionem actorum Terrestrium præsen. sint. Sig. Petric. 1519.

Notarius cum Camerariis pro Kmetone profugo iudicet. Alber. etiam exemptiones bonorum. idem fol. 98.

Vt Iudices ita Notarii eligantur. Cas. 1454.

Ex Spiritualibus neque Notarii neque vicenotarii sint. Sigis. Petr. 1538. *& Const.* 1550.

Notarii in maiori Polonia sint iurati Const. 1565. *fol.* 55.

Notarii per se in Iudiciis resideant. Iagel.

Notarii vicenotarios habere possunt circa se, sed ipsi literas subscribant. Sig. Crac. 1532.

Pœna absentis Notarii, alterius electio, nisi absit ex causa. August. Petric. 1550.

Neque Notarii neque vicenotarii causas procurent. Aug. Petr. 1550. *fol.* 4.

Notarius nolens inscriptionem suscipere priuatur officio. Sigis. Petric. 1523.

De

De salariis notariorum vide tit. Salaria. & Const. 1607. fol. 32. & 1550. fol. 4. & 1613. fol. 16.

Nundinæ de eis vide Constit. 1565. fol. 49.

OBLIGATIO BONORVM.

Bona hæreditaria obligans, faciat ipse, vel eius successores protestationem per continuos 15. annos, se velle eam hæreditatem redimere, alias ab hæreditate obligata cadit. ad id tit. præscrip. de præscrip. hæredit. oblig.

Obligatorum præscriptio triginta annorum currit. cui tamen derogatum per Constit. 1588. qua penitus præscriptio est sublata,

Si quis

Si quis in Spirituali foro obligat se responsurum, pareat.

Obstacula vide tit. Flumen.

OFFICIVM Castren.

Officium Castrense debet semper esse paratum. Sigis. Petric. 1523.

In *maiori Polonia Tenutarius bonorum, etiam coram iudicio vel officio Castren. in causa exemptionis conueuit & conuenitur. Sigis. Crac.* 1540.

Officium Castren. pro expulsione de bonis iudicabit. tit. Restitutio in bona. *& Const.* 1598.

Officij *causæ districtum non habent. Sig.* 1511.

Pabula *nullus violenter recipiat, aut ad vendendum cogat.*

quin quisque sua re pro libitu suo vtatur. Cas. *fol.* 39.

PALATINI.

Palatini habent ius creandorum Ministerial. *Cas. wisl.* 1368.

Palatinus in eadem Terra Capitaneus esse nequit excepto Cracouien. Cas. 1454.

Pretia rerum ex æquo moderentur Palatini. Cas. *kercz.* 1447. *& Const.* 1562. *fol.* 16. *&* 1565. *fol.* 51. *&* 1588. *fol.* 192. *&* 1581. *fol.* 217. *&* 1607. *fol.* 22. *&* 1613. *fol.* 28. *vbi & de negligen.*

PATER.

Pater pro scelere filii non tenetur, nec contra, sic nec frater pro fratre punitur. Casimir. wisl.

1398.
De parricidio tit. frater.

PAX.

Ad pacem & vnionem Deus nos inuitat. wladisl. 1404.

Pacis & belli, charitatis & odii antithesis.

Expedit Reipub. *vt eius municipes quiete viuant. Sigis. Petric.* 1523.

Pecunia *vide tit. moneta.*

PECVS.

A pecore ex seminibus abacto, pro quolibet dominus pecoris, vnam quartam denariorum damnum passo soluet. Cas. *wisl.* 1368.

Pecora ex damnis abacta, ad forestam Regiam *pellantur, alias*

abigens, seu detinens, si adfideiussoriam dare noluerit monitus per Ministerial. & Nobil. citetur ad Iudicium Castren. & soluta pœna 3. marc. det adfideiussionem, pro qua pœna Capitan. iudicet. damna vero in Iudicio Terrestri cognoscantur. Consu. reassumpta Constit. 1588. fol. 39. vbi coram officio Castren. forum restrictum.

Pecora a Feriis S. Adalberti ad Festum S. Martini sub custodia pascantur, alias conuictus pœnam luet vnius marcæ, sed pecora abacta ad domum propriam non pellantur. Cas. wisl. 1469.

PÆNÆ.

Pœnas iudicialiter decretas subditorum suorum Rex nemini con-

feret. Iagello & Constit. 1550. fol. 12.

PERLVCRA.

Omnes Capitanei suorum districtuum perlucra exequantur, sub pæna centum marcarum. Alex. in Rad. 1505.

Concitatus ad satisfaciendum non potest sibi aliquid in auxilium accipere contra actorem, nisi quod condemnatio minus iusta esset in perlucro, & si nomen aliud esset scriptum in citatione, aliud in concitatione. Etsi talis concitacio est mala, tunc actor amittit lucratum. Consuet.

Reliqua de perlucris vide Tit. Processus iuris.

PIGNORATIO.

Pignoratio in perlucris seu intromissio duabus vicibus attentari debet, tertio Capitaneus suo nomine aliquem destinat ad impon. vadia triplicata. Consu. 1505.

De piscium furto vide tit. fur.

PIXIDES.

Nemo tempore pacis pixides deferat. Sig. Petr. 1519. & Const. 1557. fol. 6. & 1581. fol. 213.

Vulnerans vel occidens aliquem ex pixide duplici pœna punitur, pro occisione tamen scrutinium præmittatur. Const. 1557. ratione vulneris Const. 1588. fol. 31. Homicidii Const. 1601. fol. 53. & 1611. fol. 3. & 9. & 1598. fol. 34.

PONDVS.

Pondus & mensura Cracouien. & Posnanien. sint æqualia, Leopolien. vero cum Lublinen. Sigis. Crac. 1507. Eius ratio descripta Constt. 1565. fol. 50. & 1569. fol. 110. & 1578. fol. 192.

Mensura Plocen. cum Posnan. exæquatur. Sig. Crac. 1532. & Const. 1588. fol. 71. & 1611. fol. 32.

POSSESSOR.

Vbi vtraque pars literatoria & legittima testimonia super possessione non habuerit, possessoris admittitur probatio. Iagel. *fol. 44.*

Possessoris præscriptio. vide tit. præscript.

POSSESSIONATVS.

Nullus terrigena possessionatus pro aliquo excessu, vel culpa capiatur, nisi iure victus: excepto fure, publico malefico, vt pote incendiario, raptore, villarum depopulatore & spoliatore, & qui de se debitam nollet dare cautionem. Iagel. 1453. vide ad id tit. impossess.

De pecunia possessionati arrestanda, tit. Arrestatio.

Plebei ad maiores Ecclesias non suscipiantur Alb. Petr. 1496. idem in Russia. Const. 1576. fol. 163.

POSSESSIO.

Possessio in molendinum & tabernam non detur, nisi alia bona desint.

PRÆDO.

Prædo vbique detineatur, & ei hospitium præbens infamis.

Infamatus pro præda quomodo se expurget. tit. fur.

PRÆSCRIPTIO.

Kmetoni fugitiuo nihil iuris accedit, quum domino de mansione ipsius non constat: post acceptam vero noticiam dominus agat intra annum, alias præscribet.

Præscriptio agendi pro capite triennalis. Casim. wisl. 1368. & Aug. 1550.

Possessor hæreditatis triennio præscribit. Iagel. fol. 44.

Mulier maritata decennio præscribit. Cas. wisl. 1368.

Vidua sexennio præscribit, præscriptiones tempore belli amittunt robur. Cas. wisl. 1368.

Qui emit villam, nec maiorem partem eius soluit, non potest ea amoueri, præscriptione triennali fretus. Cas. 1368.

Emptor villæ, contra propinquos, creditoresque vendentis triennio & tribus mensibus præscribit. Cas. 1368. applica Constit. 1588. fol. 38. vbi præferentia creditorum.

Præscriptio pro pecoribus vi vel furto ablatis, biennalis: vltra vero id tempus, nonnisi cum testibus admittitur quis ad agendum. Cas. 1368.

De præscriptione furti. Tit. Furtum.

De præscriptione obligatæ hæreditatis. Const. 1588. & Tit. obligat.

PRÆSCRIPTIO.

Sæpis biennio. tit. Seps. Virginis seu orphanæ triennio & trimestri. tit. Virgo. Fru*menti mutuati quadriennio. tit.* Frumen. *Fideiussionis anno & sex septiman. tit.* Fi*deiussio.*

Furti duplex, in vna parochia vnius anni, in remotiori trium annorum. tit. Furtum.

Præscriptio & fatalia sub In*terregno non currunt. Const. 1588 & 1576. fol. 162.*

PRIVILEGIVM.

Hunc sub eo titulo tracta-

rum vtilem lege in Statuto Herburti, vbi de aurea libertate Poloniæ. vbi Priuilegium Ludouici Regis *confirmans omnes libertates Poloniæ. wlad.* Jagellonis *de libertatibus* Regnicolarum. *& iurium confirmat. per eundem. & confirmatio Statuti. Cas. de inferentibus damnum ad bellum euntib⁹. Const. Cas. pro eodem.*

PROCESSVS.

In *citatione Terrestri sufficit ponere tantum de titulo* Regio: *Sigismundus Tertius Dei Gratia* Rex *Poloniæ &c. & non plus. Sigis.* 1523. *ad Tribunal integer titulus* Const. 1518.

Citatio Terrestris sigillo Terrestri sui districtus obsignetur, &

inea

in ea exprimatur nomen Actoris & Rei pro quo reus erit citatus, ita vt citatus intelligat, propter quid sit per actorem euocatus. Vbi autem debite non intellexerit, tenebitur actor ibidem coram Iudicio, in sua propositione, suam intentionem citato declarare. Et si quis in citatione omiserit titulum, vel nomen Actoris aut Rei, vel si ipsa citatio Sigillo adulterino fuerit obsignata: talis actor emendata citatione sex scotos parti & iudicio totidem luen. poterit ibidem proponere ex eadem citatione, insufficientia illa non obstante. Error dictionis aut literæ non viciat citationem. Licet autem vtrique parti omnia allegare & probare, ante Sententiæ prolationem.

Mini-

Ministerialis debet citationem indifferenter ponere vel apud Nobilem citandum in Curia eiusdem, vel apud wladarium, aut Kmetonem, siue apud Hortulanum, publicando nihilominus eius positionem, in Curia terrigenali. vel si Curia defuerit, tamen notificabit, vt ad noticiam citati deueniat. In *villis vero desertis, possessionatis deficientibus, citatio in lignum recisum posita, terræque infixa publicetur, vel in villa viciniori, vel in parochia eiusdem villæ desertæ. Positio citationis præcedat terminum, vna septimana. Secundum terminum peremptorium poterit citatus differre, vera infirmitate a Deo permissa, per certum nuncium suum, Nobi-*

lem possessionatum eiusdem terræ, ad iudicium missum, iuratur⁹ met tertius dictus citatus in terminis sequentibus, quod tunc temporis fuit infirmus vere. Vel iuxta suam negationem mettertius euadet quod illi nuncio suo, repositionem hanc termini minime commisserit. præstito tali iuramento, mox ibidem respondeat. Quod si in tali termino citatus non iurauerit, vel disparuerit, ipso facto succumbet in causa. Et hæc dilatio nonnisi semel datur. Actores semper habent terminos peremptorios, quare debent esse semper parati. dilatio ad munimenta datur actori. Ad iudicium Terrestre pro quantacunque summa citare licet. Per lucrum obtinetur taxa, in quo lucro citatio inserenda.

Per astitum terminum obtinentur damna, vbi additur actori vti victori Ministerialis cum duobus Nobilibus ad intromittendum eum in bona citati, tam in summa siue re principali, quam in damnis extunc actori licet super summam damnorum iurare, siue super integram, siue super minorem, non tamen augendo summam. Si vero concitatus comparens negat se de citatione sciuisse, id medio iuramento probet, & nihilominus mox respondeat, & actor tenebitur illi communicare citationem. Rela-*tio denegatæ intromissionis ex decreto astitionis fieri debet personalis Nobilium & Ministerialis. Quodsi in termino* Innotescito *citatus non comparet Capitaneus pœ*

nam

nam 14. marc. decernet vadiaque triplicata interponet, Ministerialemque ad intromittendum addet. quam denegare non debet citatus sub vadiis triplicatis. Quod si citatus possessionem non admiserit extunc Capitaneus vadia triplicata super citato decernet, officiumque suum mittet ad rumandum, quam rumationem admittere debet iureuictus sub pœna bannitionis. Quæ si impugnabitur a cittato, iam super eo decernitur bannitio, & super complices eius. Impossessionati banniti capiantur & in turrim coniiciantur. Post factam bannicionem, si iureuictus exequutioni brachii Regalis se opponeret, vniuersa Nobilitas contra talem mouebitur. qui si capie-

tur, mancipatur turri, & vita eius in gratia Regis. Capitanei negligentes in facienda exequutione ad Tribunal citandi.

Jn officio Castren. ex decreto astito vadia triplicata interponi debent. Dilatio maioris vltima est, quæ tamen potest inferri ante veram infirmitatem. aut post. ita dum in alio Iudicio, eodem die pro negocio maiori, terminum haberet citatus, debet istud notari, vbi est actio. cum quo ex nomine, pro quanta summa, coram quo Iudice. & in termino ex hac dilatione probet litera citatus. qua non probata causam amittet.

Res iudicata duobus modis obtinetur, aut per Seutentiam difinitiuam; aut dum citatus in ter-

mino peremptorio in lucro condemnatur. Per Sententiam definitiuam dupliciter: aut dum citatus est præsens in iudicio, aut absens sed per procuratorem. Satisfaciet iudicato aut per cautionem, aut inscriptionem, aut bonorum obligationem. Vadia triplicata debent correspondere perlucris. Vadium parti non iudici cedit adiudicatum. Executio non admittit dilationes neque motiones. Contra possessionatum Nobilem Processus super possessionem dirigitur. Contra impossessionatum vero super personam Processus extenditur. Capitaneus & eius vicesgerens rumationem victi in præsentia Ministerialis & Nobilium facere debet.

Contra bannitos Rex mandatum dat ad Nobiles, vt Capitaneo eos capturo auxilientur, & ad Capitaneum, vt bannitum capiat. Per infirmitatem recipiuntur termini, quam citatus in futuris iudiciis probabit suo iuramento. Terminus etiam seu dilatio pro maiori nulli denegari debet, quam citatus, si in termino non sufficienter probauerit, causam perdet.

PROCVRATOR.

Qui vult procuratore vtatur. Cas. 1368.

Ignaris & egentibus procurator detur. Cas. 1454.

Qui velit suam per se agat causam, sepositis captiunculis pœnarum. Sig. Crac. 1543.

Spiri-

Spirituales non procurent, nisi causas proprias. Sig. Petr. 1438.

Insufficiens mandatarius punitur pœna 3. marc. Consu.

Æstimationes pecuniales in citationibus positæ per iudicium moderentur. Sig. Crac. 1543.

Procuratores sint diligentes & fideles, qui vero sponte permitteret suum principalem condemnari contra eum agatur tanquam contra seruitorem, etiamsi fuerit possessionatus. Aug. Petri 1548.

Procurator quicunque habens sufficiens procuratorium potest in iudiciis comparere, omniaque agere & exercere, quæ ipsius principalis causam attingunt. præter inscriptiones, quas nec nouas facere, nec de antiquis quietare, nec pecu-

nias inscriptas tollere poterit, sine præsentia sui principalis, seu actoris. Sig. Petr. 1511.

PROFVGI.

Fugiens prædo, & eius receptator est infamis. Cas. wisl. 1368.

De Kmetonibus profugis. tit. Kmeto. Profugis saluiconductus dandi. Tit. saluuscond.

PVERI.

Vide Tit. minorennes.

PVPILLI.

Vide Tit. Maternalia bona.

QVERCVS.

Si quis inciderit quercum in bonis alterius domino inuito ad a-

xem

xem valentem; vel de aliis lignis minoribus currum impleuerit, pœnam 3. marc. soluat domino syluæ. pro arbore fructifera 12. grossi cum pœna 3. marc. Casimir. fol. 26.

Si quis ligna in alterius sylua inciderit, is primo in securi, secundo in tunica, tertio in bobus vel equis pignorari poterit sine pœna. Si in duobus equis impignorauit, vnum pro se relinquat, alterum ad fideiussionem tradat. pro arbore quercina sex scotos, si inciderit, tres fertones cum pœna 3. marc. soluet. Si quis arborem cum apibus inciderit, passo damnum marcam. & iudicio alteram, quodsi sine apibus mediam marc. Cas. fol. 24.

Quæ-

QVERELARVM Termini.

Capitaneus pro expulsione ex dotalicio & pro recenti crimine. tempus autem recentis criminis sit annus & sex septimanæ. Alex. 1505.

Item pro ex diuisione inter fratres, & expulsione ex bonis. Consuet. Crac. id autem intelligi debet, de pacificis possessionibus expulsione violenta, & dominabus reformatoriis. Sig. Crac. 1507.

Termini ad quærelam non transponantur, sed in duabus septimanis iudicentur. Sig. 1519.

RAPTOR VIRginum.

Raptor sit infamis, rapta vero si in id consentiat, dotem perdat. Alb. fol. 107. & Sigism. Crac. 1532.

De plebeiæ raptu vide decretum in Conuentu wars. 1605. inter Konopnica Ciuem Lublin. & N. vbiforo, actore, & actione competen. adinuentis, sententiata fuit statuitio raptæ, citatus tamen puerperio ipsius raptæ excepit, & se a rigore illius Conuentus liberauit. &c. quia necdum expirato termino dilationis comitia finita.

RECOGNITIO.

Iudex consideret recognoscentis debitam ætatem, aut discretionem bonam, & prout est in re ita scribatur, videlicet æger si corpo

re, mente sanus. Sig. Petr. 1523.

REFORMATIO.

Bona dotalicia vxoris, per lucris non sunt obnoxia. Sig. Petr. 1 5 2 3.

RELATIO.

R*elatio Ministerialis coram actis facta, in alio districtu, pro personali recognitione valet. Consuet. & Sig. Crac. 1543.*

RENVNCIATIO.

Si quis renunciauit terræ & proprio districtui, debet ibi responden dere, vbi renunciando se inscripsit Consu. ter. Crac.

RESTITVTIO in bona.

Bonis expulsi ad maximum infra mensem, officio Castren. conquerantur siue protestentur. Officium in ea causa ex controuersia partium descendet ad illa bona inquisitionis faciendæ gratia, vbi inquiret a vicinis sub conscientia, a Kmetonibus autem eorum bonorum sub corporali iuramento, depositurís, cum expulsio illa sit facta, & quis ante hanc expulsionem vel mensem, illorum bonorum possessor fuit. Exceptis pupillis, qui postquam adoleuerint, quamuis non in recenti facto, possunt ad officium confugere. ne eo modo scilicet bona puerorum perdant, neue quis ab eisdem incerta bona emat. Quod si citatus reciperet se ad munimenta, debet narrare ad qualia

recipiat, vnde & ex quibus actis producenda, neque vlterior ei debet dari dilatio, nisi ad terminos proximos. Quodsi aliud quidquam ostenderit, causam amittet. ratione damnorum in expulsione passorum remissio fit ad ius Terrestre. Sig. Crac. 1543. Horum decisio ex appellatione quomodo iudicanda Const. 1598. fol. 29. & Const. 1611 fol. 13.

De bonis reformatoriis expulsio quando fiat. tit. Dos.

SALARIA.

Actor reum in contumacia pœna condemnans duos grossos soluet. Sig. Petr. 1523. Pro vna nota inscriptionis vnus grossus Notario. Iagel. wart. 1423. & Cas. 1454.

& Con-

& Const. 1550. fol. 4. & 1607. fol. 32. & 1613. fol. 16. vbi vide restrictiones & ampliat. Salariorum.

Ab vna querela multarum personarum vnum memoriale soluatur. Lagel. 1423. Tantum pro re principali decreta detur mon oriale. Sig. Petr. 1523. A decreto pro se lato victor 5. gross. soluat. Sig. ibidem.

Notarius vltra Statuta depactans pœna 3. marc. parti & iudicio totidem mulctabitur sub 14. marc. Sig. Petr. ibid.

SALVVS Conductus.

Saluus conductus non detur famulis contra dominos Nobiles & subditis contra eosdem. Sed subdi-

tis Regalibus & Ciuibus contra Ciues dentur. Sig. Crac. 1543. approbata Const. 1588. fol. 25. & 1550. fol. 3.

Nullius saluiconductus pœna incurritur, nisi fuerit publicatus. & qui illo velit sese palam tutari. Sig. Crac. 1539.

S A L.

Sale omnes incolas Regni prouidebit Rex. Const. 1550. fol. 2.

De Sale mittendo & salinis vide Const. 1565. fol. 57. & 1567 fol. 77. 1576. fol. 163. & 1588 fol. 41. & 1589. fol. 26. & 1598 fol. 10. & 1601. fol. 43. & 1607 fol. 22. & 1609. fol. 25. & 1611. fol. 28.

SENTENTIÆ Iudicij.

Sententia Iudicis retractata,

hono-

honori ipsius non nocet. Sig. Pet. 1519.

Causæ Terrestres coram Rege *agitatæ actis Terrestribus inserantur. Const. 1550.*

Sententia transit in rem iudicatam, a qua non appellatur. Casim. wisl. 1368. Res *subsidiariæ ante prolationem Sententiæ introducantur. Sig. Petr. 1523.*

Sententiam iudicis inique redarguens, luit pœnam kocz. Cas. vide Const. 1557. *de redarguto Comissar. & iudice fol. 6. euocans inique pœna duplici 14. marc. punitur. Vnus sit liber actorum, propter Sententias iudicii inscribendas, vt postea super eodem articulo, vel ei simili, similiter iudicetur. Casim. Niess. 1454.*

Actio pro disiectione sepis ante biennium instituatur. Casim.

SERVVS.

Famulus aliquem pro domino in contentione vulnerans, non est culpandus. Cas. fol. 38.

Nullus Nobilis sponsione fidei obstringatur, præterquam in exercitio rei militaris, vel si sit seruitor, factor administrator. vel subditus. Sig. Crac. 1540.

Recipiens aliquis plebeium sine literis testimonialibus, eum extradet cum pœna 100. marc. in foro Castrea. Const. 1598.

Sylua vide tit. quercus.

SCOPVLVS.

Si quis scopulos erectos, vel alia

signa metalia in parte vel in toto disiecerit, talis a quouis scopulo aciali luet parti per 3. marc. ab aliis vero scopulis per 6. scotos. & nihilominus idem violator tenebitur officium Succamerarii ad locum granicierum sumptibus suis conducere, & eosdem limites a se disiectos, de nouo restaurare, sub pæna 14. marc. parti & iudicio succumben. idque in octo septimanis. Quod nisi fecerit, ea pæna soluta in aliis octo tenebitur idem tidem. Sigis. Petr. 1523.

I*nofficiose erigens quis scopulos luet a quolibet scopulo aciali 3. marcar. ab aliis parietalibus per 6. scot. & nihilominus officiose tales limites destruet sub pæna 14. mar. parti & Iudicio totidem similiter*

in octo hebdomad. idem ibidem.

Scopulos tres vel signa notabilia si quis ostenderit, ad probationem limitum admittitur. Iagel. *Crac. 1423.*

SCRVTINIVM.

De scrutinio homicidii vide tit. Homicidium.

Scrutin. expuls. tit. Expulsio. & tit. Restitutio. & Const. 1550. f. 4. amplissime vide Con. 1588.

SPIRITVALES.

De eorum beneficiis incompatibilibus, vide Const. 1550. fol. 3. & 1588. fol. 40. & 1607. fol. 13.

Spirituales pro bonis, siue iniuriis bonorum, iuri communi subiectorum iure Terrestri experiantur. vt pote pro limitibus, Kmetonibus fugitiuis, cæde, & vulneribus.

bus. Alex. 1505. id. videtit. K.

Iudex Spiritualis iudicat: Hæreses, blasphemias, decimas, Spiritualium homicidia & vulnera, Magias, census, donata Ecclesiæ, legittimam prolem, inscriptiones circa acta Spiritualia, Iura patronatus, diuortia, Testamenta ad pias causas. Acolyti tabernal. ad id iudicium non pertinent tum nocturni damnidatores, dispercussores, fures publice proclamati, vel ter regestrati, Incendiarii & liber tatum Ecclesiæ violatores, isti etiam de templis recipi neque defendi debent. vltra prætactos articulos euocans ad ius Spirituale luet pœnam 14. marc. in illo eodem iudicio sub censuris. iuribus Spiritualium in toto saluis. Sig. Cr. 1543.

Spo-

SPOLIVM.

In causa spolii nonnisi cum 12. testibus expurgatio admittitur. Cas. wisl. fol. 30.

STATVTA.

Statuta Regni *sancita sint perpetuo duratura. Alber. Petric. 1496. Et vniformiter iuribus iudicetur. Cas. wisl. 1368.*

Rex *Constitutiones in iure & contra ius non faciet absque publico consensu. Alex.* Rad. 1508. *Hinc vna sit iudiciorum forma, sublata contrarietate. Sig. Crac. 1532.*

SVCCAMERARII
Officium.

Hi iurati esse debent. Const. 1588. fol. 28.

In citatione pro graniciebus edita, taxa non ponatur, sed simpliciter pro actoratu citetur. Sig. Crac. 1523.

Nobiles habentes vicinas hæreditates, quarum parietes adiacerent, vbi granicies fieri deberent, tales pro vno termino cum principali ad iudicium Terrestre adcitentur, ne in termino Campestri granicies possent impedire. Sigis. Crac. 1523.

Si citatus nec in primo nec in secundo termino comparuerit, tunc actor cum adiudicatione actoratus, ad campum remittitur. Sig. Petr. 1523. Post hoc Succamerarius per suam Innotescentiam ad locum differentiæ peremptorie terminum assignando mandan. vt

com-

compareat citatus, ad viden. & attentan. ipsum actorem ducere officium, ad faciendum granicies & ipsum iurare cum testibus super iusta dictione. Condemnatus in Iudicio Terrestri, ad controuertendum in campo non admittitur, quinimo non obstantibus quibusuis etiam documentis literatoriis, vel signis euidentioribus, si quæ reus protunc ostenderit, actoris tamen arbitrio, ductioni, ac iuramento cum testibus standum est. Quod si in tali termino Campestri citatus non comparuerit, nihilominus officium tenetur Actorem sequi, & facere granicies iuxta ductionem ipsius, actor tamen circa acialem scopulum iurabit cum testibus, proinde Succamerarius de-

cernet

cernet perpetuo duraturas. Poterit autem citatus terminum talem Campestrem vera infirmitate differe, sic & pro maiori, & non aliter. Sig. Petr. 1523.

TELONEA.

Nobiles a solutione telonei sint liberi. Sig. Petr. 1538.

Teloneator possessionatus & Christianus sit. Const. 1569. f. 105

Telonium nemo sibi temere instituat sub pœna confiscationis, neq; Rex inscio Senatu. C. 1576. f. 161.

Agens de iniusto Teloneo contra plebeium aut ipse probet, aut citato deferat expurgationem. Plebei⁹ pro summa 10. marc. metsecundus, pro maiori autem summa met septimus iurare debet. S. P. 1538.

TERMINI.

Tem-

Tempora terminorum Terrestrium connotata vide in Processu meo cap. 6. sub litera G.

Terminorum repositiones non aliter fieri debent, nisi vera infirmitate allegata & pro maiori. Cas. 1451.

Qui se recipit ad munimenta, nec probat, causa cadit. tit. munimenta.

Terminus facionatus in qua causa fiat. vide Const. 1578. *fol.* 190.

Terminus ad dislimitanda bona Regalia *&* Nobilium *duarum septimanarum esse debet. tit. bona* Reg.

Terminus ad Conuentum Gen. dies sexta post ingressum Regium. *tit.* Comitia.

Testa-

TESTAMENTVM.

Testamenta non de immobilibus & hæreditariis bonis, sed solum de mobilibus aut Regalibus condantur. Sig. Crac. 1510.

Testamentorum causa, tam Spiritualis quam sæcularis fori sint exceptis iis, quæ essent in iure sæculari facta: ea enim ibidem cognosci debent, nisi forte ad pias causas legetur. Sig. Crac. 1543.

TESTIS.

Si testi obiiciatur excommunicatio, petatur ab ordinario ad actum illum absolutio, quam si deneget, deponantur testimonia citra præiudicium causæ. Cas. 1568.

In contractibus & vendicionibus consanguineorum testimoni-

um valet, tales enim plerunque mediatores esse solent. Cas. fol. 17.

Si testi obiiciatur ignobilitas, pro tali dabunt testimonium alii testes simplici verbo quod sit Nobilis. Sig. Petr. 1522.

TVTOR.

Tutor non potest hæreditatem pupillorum disponere, vel limitare secus pueri dum adoleuerint hæreditatem quam a possessore vindicabunt, præscriptione non obstante. Cas. *wisl. fol.* 33.

Licet tutores debent resignare bona pueris, postquam nacti fuerint annos 15. tamen pueri ante annum 24. non possunt illa bona alienare, sine consensu amicorum Consuet. *terræ* Crac. 1505.

Tutor de censibus, ac iumentis

indo-

indomitis tantum rationem reddet. Cas. 1368. sed inuentarium faciet. Const. 1565. fol. 54.

Tutor *de bonis minorennium militatum expediet. tit. bellum.*

Tutor *pro capite agere potest. tit. Homicida.*

Si tutores virgines maritare negligant. tit. virgo.

VENDITOR.

In *venditione bonorum amicabiles compositores testes esse possunt.* Cas. 1368.

Venditor ostendat hæreditatis limites, & intra tres annos & tres menses, emptorem tueatur. Iagel. Crac. 1423.

Qui *vendit aliquid vxorem habens eandem statuat cum amicis de linea paterna proximioribus.*

VIDVA.

Vidua mortuo marito, circa donationem & dotem, & quælibet paraphalnalia in mobilibus extantibus remanet. ea mortua ad liberos (si ipsos habuerit) prædicta omnia bona deuoluantur. Si vero mulier habens pueros secundo alii nupserit, ad eosdem pueros omnia bona paterna integraliter, cum alia parte ipsos in diuisione concernente, quorum libet bonorum maternorum in quibuscunque rebus consistant, sine aliqua contradictione deuoluantur: & cum alia residua suorum bonorum parte, maritum accipiat si vult. Casim. wisl. 1 3 6 8.

Vidua dote & dotalicio tantum potiatur. Iagel. 1423.

Vidua non habens reformationem a marito 30. marc. pro Crinili, aut possessionem vbi 3. marc. esset prouentus. Consu. Crac.

Vidua sexennio præscribit. tit. præscriptio.

Plura de ea materia tit. Dos.

VIOLENTIA.

Nobilis circa violentiam in Ciuitate captus, absque Capitaneo iudicari non debet: pæna 60 mar. a Ciuibus iniuste capto debetur. Sig. Crac. 1527.

Nobiles secundum Statutum Toruni editum, pro admissis criminibus in Ciuitatibus captiuentur, detineantur in Custodia officii Castren. vsque ad informationem Regiam. Sig. Petr. 1538.

appro-

approbata Const. 1550. fol. 3. & Const. 1588. fol. 70.

Statutum vero Torunen. *anno 1520, est editum.*

Jn Statuto Torunen. *Anno 1538. condito est sufficienter descriptum, quid agant Ciues in Captiuandis Nobilibus.*

VIRGO ORPHANA.

Virgo orphana post desponsationem sui, tribus annis & totidem mensibus præscribit contra tutorem suum. Cas. 1368.

Si tutor virginem nubilem non maritat, talis virgo adulta poterit sibi ipsi de marito prouidere, sine eiusdem tutoris assensu, tamen cum consilio aliorum amicorum, taliter in bonis suis non poterit priuari vel fraudari. Iagel. 1423.

V I S.

Si quis mantellum suum vel aliam rem propriam alicui authoritate propria receperit, iure repetenti cum pœna 6. marcar. eandem restituere tenetur. Casim. wisl. 1 3 6 8.

Violentus nisi conuincatur, expurget se. Idem.

V V L N V S.

Vulnera officio Castren. vel iudicio terrestri ostendantur. quæ actor probabit mettertius. Sigis. Petric. 1 5 2 8.

Vulnera *Nobilium in duplo soluuntur id est Sanguineum mar. 20. liuidum marcis 6. cum pœna Iudicii.* Vulnus *sanguineum in facie, & amputatio digiti marcis 20.* Mutilatio *in manu, pede, oculo, naso, soluatur dimidio pre-*

cii capitis, iuxta Const. 1588. Vulnus vero ex ictu bombardæ inflictum, in duplo solui debet. Præscriptio vulnerum triennalis esto. Const. 1588. fol. 263.

VXOR.

Vxor marito nihil inscribat absque consensu amicorum. Const. ter. Crac. 1505. Consensus vxoris requiritur ad bona vendenda, in quibus ipsa habet reformationem. Sig. Petric. 1523.

Vxor circa quæ debet remanere morte mariti, tit. vidua.

De dote per consanguineos mortuæ mulieris a marito repeten. tit. Dos.

Trinæ laus sit Monadi,
Theotocadiq;.

M.

Greg: Czarad.

Noua

Podla-

Seruum

INDEX.

Termi-

V.

Z.

COMI-

COMITIA GENERALIA REgni vbi & quando celebrata.

PETRICOVIÆ.

ANno 1550. 62. noua iudicia instituta. 66. Podwodæ, Emporia. Contrib. 17.

LVBLINI.

1566. 69. vnio cum Lithuan.

ANDREIOWIÆ.

1578. Confirm. electi Regis Stephani. Contrib.

TORVNII.

1577. Excepta Mazouiæ.

CRACOVIÆ.

1572. Captur morte Augusti. 74.

Coro-

natio Henrici. 88. Coronatio Sigismundi III. 95. 1605. sine conclusione & Constitutionibus.

WARSSOVIÆ.

1557. 63. 64. 70. 73. Confæderatio morte Augusti. 75. Electio Stephani. 78. Tribunalis Iudicia, & Contrib. 81. Contrib. 87. Confæderatio. 89. Contrib. 90 Contrib. 91. Contrib. 93. 96. 98. Contrib. 1601. Contrib. 1602. Contrib. 03. Contrib. 06 sine conclus. præ Rokoss. 07. Contrib. 09. Contrib. vbi artic. bellici. 1611. Contrib. 13. Contrib. duplex. 16. Contrib. 18. Contributio.

Turpe

Turpe est virum Patriciū leges patrias ignorare.

quia

In legibus salus Reipub. sita.

Aristot. Rhet. 1. cap. 3.